

Frugerunt Danis fidem, episcopus vero Geroldus
mitigavit Regem Danorum quantum potuit
usque ad eventum Ducis et comitis. Quibus re-
versis Rex Dacia Woldemarus conquestus est
eis in Ertheneburg de pace sibi violata & Sclavi
proscripti sunt ibi dicentq, Dux quod omnes
sui essent ad expeditionem parati tempore men-
-sis quod audiens Nicolus proposuit primum
virumpere Lübeck incipiendo a domo cujusdam
sacerdotis venerabilis in Lübeck Helo nomine
qui habitabat ad austrum super Wokinze et
innotuerunt infidia misse sacerdoti et levavit
pontem cum catena, et exclusi sunt infidia
et dux posuit ibidem custodiam militum.

Cap 28.

Post hoc vastavit Henricus, dux omnem
terram Slavorum igne et gladio et Nicolus
præcavens obsidionis periculum incendit omnia
castra sua scilicet Flo, Metelenborg, Swerin,
Dobin & mansit in uno castro prope Werrou
flumen circa terram Kicine quod nunc dicitur
Kessyn circa Rostock ad orientem. Et quodam
tempore exiit Nicolus cum suis filiis Prebestao
et Wertislao et aliis multis ad exercitum
Ducis morantem circa Metelenborg volens de
latibulis frumentantes occidere & frumentare
volentes sexcenti venerunt loricati sub vesti-
-bus quod inconsiderans Nicolus invasit eos et
circumventus